

Pri. 3. Num. 43.

Q. D. B. V.
**NON-ENS
ACTIONIS FOREN-
SIS CONTRA ÆDIFI-
CANTEM EX ÆMULA-
TIONE,**

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI HEREDE, &c. &c.,
IN REGIA FRIDERICIANA*

*PRÆSIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO, ET PROF. PUBL.
ET FACULT. JURID. h. t. DECANO,*

PRO LICENTIA,

*Summos in utroque Jure honores & privilegia
Doctoralia rite capessendi,
solenni disquisitioni exponet*

*WILHELMVS Wunder/ Seuenaria Clivensis,
D. XXI. Maii ANNI MDCCIII.
H. L. Q. C.*



Tertio recusam HALÆ MAGDEB. LITERIS SALFELDIANIS. 1714.

NON-FI
ACTIONIS FORUM
SCHOOL TRA
CANTEM EX EMINA

MON
S
E
D
O
N
H
I
M
O
P
L
I
C
U
T
I
A

guttmersburgensis episcopatus et philippis



B. C. D.
NON-ENS
ACTIONIS FORENSIS
CONTRA
ÆDIFICANTEM EX ÆMU-
LATIONE.

§. I.

Communis est Pragmaticorum Communis sententia Pragmaticorum, dari actionem in foro contra eum, qui ex æmulatione ædificat. Ita tradunt Alexander Imola conf. 174. HONDEDEUS Consult. p. 5. contra adi- cons. 80. n. 35. ATMO CRAVETTA conf. cantem ex æ- 94. n. 2. & conf. 876. n. 7. LASON MATNUS Vol. 1. conf. mulatione.
98. n. 8. PAULUS de CASTRO part. 3. conf. 49. n. 6. JO-
ANNES CEPHALUS l. 1. conf. 130. n. 11. seq. BOERIUS de-
cis. 320. n. 9. STEPHANUS BERTRANDUS Part. 1. Vol. 2.
conf. 296. n. 2. COVARRIUVIAS var. resolut. lib. 3. c. 4. n. 8.
& c. 14. BERNHARDUS GRÆVEN l. 2. pract. concl. 69. n. 4.
ANDREAS GAILIUS l. 2. obs. 69. MASCARDUS de proba-
tionibus concl. 62. LUDOVICUS MOLINA de Iust. & Iur. tr.
2. disp. 709. MENOCHIUS de arbitr. jud. quæst. l. 2. cas. 156.

A 2

& de

*E*s de præsumptionibus lib. 6. præf. 29. CÆPOLL Ad. S. U. P. c. 62. CARPZOVIUS p. 2. constit. 41. defin. 11. MEVIUS ad ius Lubecense l. 3. tit. 12. art. 1. *E* art. 7. n. 30. seq. alii que infiniti, quos semel allegasse sufficiat, cum non videndum sit, quis dicat, quam quid dicatur.

§. II.

Quid sit edificare ex æmulatione, variant Dd.

Nos, quibus animus est, ostendere, quod ista actio fit non-ens, quod neque in ratione neque in legibus fundamentum habet, ante omnia solliciti esse debemus, quid sit ædificare ex æmulatione, præprimis cum Doctores, qui actionem contra eum, qui ex æmulatione ædificat, invenerunt mirum in modum variare, nec variare saltem, sed propemodum sibi contradicere, soleant.

§. III.

In genere ædificare ad amulationem æmulationem naturam, neque adeo dispicere animus est, an plane inter virtutes referri possit? Sed facile concecimus, æmulationem, si intimius inspicias ejus naturam, ex affectu vitioso, vel ex invidia, vel ex intentione damnum alteri dandi, aut ejus commodum impediendi oriri. Ut adeo æmulatione quantum ad ædificationem attinet, vel ædificatio ad æmulationem in genere fit ædificare cum damno alterius.

§. IV.

Idque fit I. si adificem in prejudicium servitutis æ Hoc tamen supposito videntur casus, quos Doctores ad ædificationem ex æmulatione referunt, referri posse ad quatuor classes. Prima est, cum hinc. Sed quidam eo referunt, si alteri ædificio meo damnum

mnum dem, qui jus servitutis habet, quo me ab ^{hanc esse &} extrictione aedificii arcere vel plane etiam cogere ^{dificationem} potest, ut aedificium jam extructum rursus destruam, ^{ex aemulatio-} puta, si actionem confessoriam contra me instituat. ^{ne improprie}
 Sed hæc quidem classis plane a scopo nostro aliena. ^{dictam.}

est, ac aedificatio illa est impropriæ sic dicta aemulatio, & a paucis etiam eo refertur. Nullum enim est dubium, quod nemini liceat aedificare in præjudicium Domini, qui jus servitutis habet. Et plerique qui actionem contra aedificantem ex aemulatione dant, intelligunt peculiarem aliquam, ab actione confessoria diversam, qua competit ei, qui nullum jus servitutis allegare potest, quo aedificium meum impedit.

§. V.

Sequitur secunda classis, si videlicet aedificans II. Si aedi-
 ficiūm extruat, ex quo utilitatem aliquam spe- cem in meam
 ret, sed quæ tamen conjuncta sit cum alterius da- utilitatem,
 mno, etiam præsumto. Huc pertinet quando di- conjunctam
 cunt Dd. quod nemini liceat in finibus imperii aut tamen cum
 cuiuscunque provinciæ castrum aliquod munitissi- alterius da-
 mum vel fortalitium extruere, unde multa incom- mno, v. g. si
 moda & publica scandalū imperio vel alteri provin- fortalitium
 ciæ accidere possint, vel etiam materia seditionis extruam in
 præberetur: Talia enim aedificia limitanea ad aemul- finibus terri-
 lationem imperii & vicinæ provinciæ spectare, pro- torii vel pro-
 inde licite prohiberi, & novi operis nunciatione im- pe civitatem
 pediri posse. Eandem esse rationem, dicunt, si quis aliquam.
 prope civitatem aliquam castrum munitum, vel ex-
 celsam turrim invito Domino civitatis extruat. In-
 teresse

teresse enim civitatis, ne ædificium tale fiat, cum, quod tempore belli hostes se eo recipere, excursiones facere, multaque damna civitati vicinæ inferre possint; tum etiam, ne ædificantis conspectui civitas longe lateque sit exposita. Atque hinc esse, quod multæ civitates imperiales privilegia ab Imperatoribus obtinuerint, ut nemini liceat intra unum vel duo milliaria prope civitatem castrum ædificare, vel nundinas aut mercatum instruere &c.

§. VI.

*Aut, si quis
in superiori
parte flumi-
nis extruat
molendinum,
cum jam ali-
us in inferio-
re parte ba-
beat.*

Pertinet etiam ad hanc classem illud exemplum, dum dicunt, ad æmulationem quoque ædificare, qui molendinum in privato vel publico flumine ad injuriam alterius extruat, ut puta, si plures sint ejusdem fluminis domini, quorum unus in inferiore parte fluminis molendinum habeat; hoc casu alteri non licere in superiore parte aliud molendinum extruere, quia fiat ad æmulationem alterius.

§. VII.

Ad tertiam classem refero, ubi ædificium nullam præbet ædificanti utilitatem vel necessitatem, cium nullam sed solum damnum dat vicino. Quando enim sumptuosa adiutoria utilitatem, sed nem describere volunt, eam sic circumscribunt, quod omnia ædificia ad æmulationem fieri intelligantur, quæ cum injuria alterius & animo nocendi, non utilitatis vel necessitatis gratia fiunt, hoc est, quæ non profint ædificanti & alteri noceant, & ideo hujusmodi malitiis non esse indulgendum, sed consilio peritorum cum causæ cognitione talia ædificia pro-

prohibita esse: humanæ enim societatis vinculum non permittere, ut alteri simus damno & nocumento.

§. VIII,

Huc pertinent casus speciales, quando afferunt *Exempla* *buc*
Doctores, non licere etiam in re propria altius aut *pertinentia*.
aliter ædificare ad æmulationem & injuriam vicini,
ut videlicet ejus lumen vel liberior aer intercipiatur:
non licere fenestras, quas in muro communi habet vi-
cinus per extractionem novi muri obscurare &c.

§. IX.

Restat quarta classis, ubi videlicet ædificans ex *IV^r*. *si ædifi-*
cans querat
ædificio quærerit voluptatem, quæ quidem non da-
mnum infert vicino, sed ei tamen incommoda est.
ex ædificio
voluptatem
Dicunt enim, ea etiam facta ad ædificationem ad
æmulationem referri, ubi vicinus non sentit quidem
vicino pa-
damnum in effectu tale, sed sufficere, si in opinione *dam.*
tale possit æstimari. Non enim stricte hic capien-
dum esse damnum pro deminutione patrimonii, sed
etiam pro deminutione commoditatis, quam quis in
suo patrimonio habere poterat.

§. X.

Referunt huc exempli loco, quod ad æmula- *Exempla*
tionem quoque factum illud dicatur, quando quis *quarta clas-*
fenestram in proprio pariete aperuerit, ut videret *sis,*
mulieres egregia forma sui vicini, puta ipsius uxo-
rem & filias, vel etiam monachas in vicinia habi-
tantes; aut ut perscrutetur vicini secreta, nihil vide-
licet inde aliud latus, quam ut officiat: Huic
enim malitiæ & æmulationi, magistratum loci requi-
situs

situm mature resistere, & ædificantem, ut a tali ædificio abstineat, prohibere debere.

§. XI.

Ostenditur, actionem contra ædificantem ad emulationem non dari. I. generaliter.

Uti vero jam §. IV. monuimus, primam classem ædificationis ad æmulationem in præjudicium ejus, qui servitutis jus habet, factam, huc non pertinere, ita jam facile ostendi potest, in reliquis tribus classibus, ubi videlicet alter in suo ædificat, nec vicinus jus servitutis aut aliud simile habet, & secundum principiæ rationis & secundum doctrinam juris Romani, etiamsi aliquis ædificet cum animo æmulandi vicinum, tamen nec dari actionem adversus eum, nec secundum regulas prudentiæ civilis dari posse. Probabimus autem sententiam nostram partim assertis quæ omnibus tribus classibus communia sunt, partim talibus, quæ in specie ad singulas classes & earum exempla respiciunt.

§. XII.

Quia deficiunt actiones tam reales quam personales.

Igitur sit ita: ædifico in meo, etiam cum vicini damno, etiam cum intentione damnum ipsi per hoc ædificium dandi. Ex quo jure me conveniet vicinus? Res mea est: ipse nullum jus servitutis vel simile habet; ergo cessant actiones reales. Quoad personales non alii sunt fontes quam contractus vel delictum. Non ex contractu agerat adversus me, quia nihil ipsi promisi, nec urgeri etiam potest præsumtus meus consensus. Non ex delicto. Nam nec furtum facio, nec vicino quid rapio, nec contumelia eum afficio, nec damnum injuria do: Atque hoc ultimum potissimum probandum erit.

XIII. Di-

§. XIII.

Dicitur damnum injuria datum quod non jure fit, *quia, qui iu-*
i.e. dolo vel culpa dantis l.s. §. 1. ad L. Aquil. At nullus res suo utitur
 videtur dolo facere, qui suo jure utitur, inquit *GA-* nemini facit
jus l. 55. de R. I. nemo damnum facit, nisi qui id facit, *injuriam.*
 quod facere jus non habet, ait *PAULUS l. 151. eod.* Et
 hoc verum est apud omnes gentes, etiamsi id Ga-
 jus aut Paulus nunquam dixissent, nec Tribonianus
 in Corpus Juris redegisset, inde enim in omnium
 ore est, quod qui jure suo utatur, nemini faciat in-
 juriam.

§. XIV.

Porro ipsi dissentientes agnoscunt, quod natu- *Et quia licet*
raliter ædificare mihi liceat in meo quomodo cunque naturaliter
velim, etiam cum vicini damno aut ut lucrum ali- *adificare in*
quod vel commodum ipsi intercipiam, quod in tan- *meo quomo-*
tum verum est, ut etiamsi damni infecti cautionem docunq; et
præstiterim, tamen utrumque liceat. Pulcri sunt iam cum vi-
eam in rem textus duo ULPIANI relati in titulo de *cini damno.*
damno infecto l. 24. §. ult. & l. 26. Prior de damno da-
 to, alter de intercepto commodo loquitur. *Item vi-*
deamus, inquit in priore, quando damnum dari videatur.
Stipulatio enim hoc continet, quod vitio ædium, loci, ope-
ris damnum fit. Ut puta in domo mea puteum aperio,
quo aperito vene putei (vicino) præcise sunt: an teneas?
ait Trebatius non teneri me damni infecti; neque enim
existimari, operis mei vitio damnum tibi dari in eare, in
qua jure meo usus sum: Pergit in posteriore: Proculus
ait, cum quis jure quid in suo faceret, quamvis promi-
sisset damni infecti vicino, non tamen cum teneri ea sti-
pulatione, veluti si juxta mea edificia habeas edificia et que
 B *jure*

jure tuo altius tollas, aut si in vicino tuo agro e' niculo vel fossa aquam meam avoces. Quamvis enim e' hic mibi aquam abducas, & illic luminibus officias, tamen ex easpi-
pulatione actionem mibi non competere: scil. quia non de-
beat videri is damnum facere, qui eo veluti lucro, quo
ad bac utebatur, prohibetur, multumque interesse, utrum
damnum quis faciat, an lucro, quod ad bac faciebat, uti
prohibeat.

§. XV.

Objicitur: at
qui emula-
tionem esse
intentionem
alteri da-
minum dan-
di: malitiis
vero homi-
num non esse
indulgen-
dum.

Nec est, quod objicias, utique videri damnum
injuria esse datum, cum & supra §. 3. concesserimus
æmulationem esse effectum vitiosum; & supposue-
rimus in §. 12, quod ædificans intentionem habeat al-
teri damnum dandi. An ergo, inquires, jus quis ha-
bet, ut intentionem suam vitiosam in effectum de-
ducat? annon injuria summa sit vicino, cui hoc modo
damnum datur? Annon malitiis ejusmodi occur-
rendum est a magistratibus? O prudentes adeo &
probos Pragmaticos, qui ex summa æquitate actio-
nem concesserunt adversus ædificantes ex æmula-
tione, ut malitiis obviam eatur. Annon pudet, quod
ea, quæ a majoribus nostris probe constituta sunt,
quæ tamdiu doctrina publica pariter & privata in
Academiis etiam Evangelicis floruerunt, jam hoc
ultimo mundi termino velis convellere? O tempora,
o mores!

§. XVI.

Respondetur:
confundi of-
ficia humani-
tatis & justi-
tie.

Sed quemadmodum increpationes, exclama-
tiones, calumnias ac inventivas modeste depreca-
mur, aut, si eas deprecari non liceat, patienter fe-
remus: ita ad objectionem duobus verbis, responde-
mus

mus, confundi officia humanitatis cum officiis iustitiae. Res ipsa ostendit, & concessit etiam Ludovicus Molina, loco ab initio citato, quod aedificatio ad aemulationem peccet contra regulas charitatis, aut, si mavis, humanitatis, non contra regulas iustitiae. At ille saltem, qui injustum quid committit, injuriam alteri facit, non qui officia humanitatis violat. Inhumanus quidem est, qui aedificat cum intentione alteri damnum dandi, sed non injustus. Neque inhumanitas semper malitia est, sed tum deum, si alterius jus perfectum simul violatur. Ad officia vero charitatis & humanitatis nemo cogi potest, & vel supinam ignorantiam prudentiae civilis, vel certe sub larva virtutis insignem pruritum dominandi produnt, qui legibus & aliis remediis coacti vis omnem improbitatem hominum coerceri cipiunt.

§. XVII.

Jam quod classem secundam in specie attinet, ^{(2)specialiter} eadem quae de licentia aedificandi in genere attuli- ^{quoad clas-}
mus, etiam quadrant ad licentiam aedificandi ca- ^{sem secun-}
strum vel molendinum, si modo alias quis jus ha- ^{dam: eam}
beat ut castra & molendina aedificare possit. Et re- ^{non esse edi-}
vera Doctores, dum hanc classem ad prohibitam ^{ficationem ex}
aedificationem ex aemulatione referunt, sibi ipsis con- ^{aemulatione.}
tradicunt, cum alias communiter illam indelebilem
quasi notam faciant aedificationis ad aemulationem,
ut aedificans nullam inde sentiat utilitatem. Quis
vero tam stupidus sit, ut saltem in dubium vocare
possit, an extructio castrorum vel molendini extruentibus utilitatem afferat. Ut adeo, etiamsi concede-
remus,

remus, ædificationem ad æmulationem factam, pertinere ad illicita, tamen ex principiis ipsorum met Pragmaticorum posset adversus ipsos disputari, quod hæc classis plane non pertineat ad ædificationes ex æmulatione.

§. XVIII.

De extructio-

ne castri in fi-
nibus diffu-
satio Ziegleri ^{1.} c. 35. §. 12. seq. qua aduersus *ALBERICUM GENTILEM*

contra Albe-
pugnat, qui de jure belli lib. 3. c. 21. defendere volue-
ricum Genti-
rat, non licere Principi arcas ædificare in finibus in-

lem. Non ter alia ex ea ratione, quod non liceat ædificare ad
sabesse emu-
lationem,

quia utilita-
tem sentiat
edificans.

Illustrabit doctrinam nostram magnopere di-
 sputatio *CASPARIS ZIEGLERI de Juribus Majestatis lib.*
tatio Ziegleri ^{1.} c. 35. §. 12. seq. qua aduersus *ALBERICUM GENTILEM*

plurimi alii potestatem banc Principis impugnat. Gail.
 1. 2. obs. 69. n. 18. *Cardo negotii versatur in eo, ut recte*
explicetur, quid sit, ad æmulationem alterius edificare.
In hoc nempe conveniunt plerique omnes, ad æmula-
tionem, & malitiose edificare eum, qui nullam exinde capit
utilitatem, neque ad se, neque ad alium, cui hoc benefi-
cium prestat, resultantem Ferdinand. Vasq. lib. 6. con-
trov. c. 58. n. 30. Stephanus Gratianus discept. forens.
c. 745. n. 37. Antonius de Padilla, ad l. altius C. de Ser-
vitur. n. 22. ubi tamen de procurata utilitate tertii dis-
fentit. Sed vero quis diceret, nullam pervenire utilita-
tem ad eum, in cuius solo fortalitium extruitur? In Prin-
cipe enim dum publicam gerit personam, publica etiam
utilitas est attenenda, que hic salus est, & securitas ci-
vitatis, quam regit. Et quanquam ille etiam ad æmu-
lationem edificare dicatur, qui plures impensas facit,

quam

quam fructus inde percepti fuerunt, ut notat Gratianus d. l. n. 39. plerumque autem fortalitia cum suis presidiis multas & magnas impensas requirant; si tamen comparsatio instituatur inter impensas ita factas, & fructus securitatis inde resultantes, potior horum erit ratio, quam illarum, non obstante, quod securitas ea obtineri semper non possit, cum actiones morales ex finibus dijudicentur, non ex eventibus.

§. XIX.

Sequitur autem Gentilis, ita pergit Zieglerus, *Bal-* Neque etiam dum nostrum, qui concurrere vult & intentionem adifi- *presumere*
cantis, & aptitudinem vel aetatem nocendi, ad id, ut quis *dum esse hic* ad emulationem edificare dicatur. *Recte & hoc, qui aini* *animum no-*
actionibus indifferentibus animus & intentio agentis est *cendi.*
spectanda. Quodsi igitur eo animo fortalitium adificat Princeps, ut vicinos ex eo impugnare possit, ad emulatio- nem id fieri nolim negare, & hoc illicitum esse, una cum Gentili sentio. (Ita sentimus & nos, sed quoad licentiam faltem intrinsecam, non extrinsecam.) Sed unde vicinus Princeps certus erit, adificari fortalitium bo animo? Pra- sumtio quidem non levis est, si adificans soleat esse inju- riis in vicinos, atque proclivis in eorum contentum. Ant. de Padill. d.l. fortior abduc ea, si minatus est vicino. Pe- trus Ant. de Petra, de pot. Princ. c.8. n. II. nunquam ramen direkte hanc ex separata suspicionem structura for- talitii. Quo circa ut de animo & intentione adificantis in hoc casu certius constet, non errabit vicinus, si per Legatos eum explorare faciat, & innoxiam cautionem petat. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. l.2. c. I. n.17. quam si renuit ille, haud vanam praebet suspicionem male affecti animi, & hinc recte defensionem parabit vicinus.

B 3

Robert.

Robert. Scharrok. de Offic. c. 3. n. 9. 10. neque prohibetur hoc casu aliud fortalitium ex adverso ad propulsandam emulationem extruere. Nicol. Boer. decil. 320. n. 16.

§. XX.

Respondetur
Gentili ur-
ganti, tamen
non necessa-
riam esse ex-
tuationem
talium ca-
stellorum.

Quod vero ulterius arguit Gentilis, sunt adhuc verba Ziegleri, etiam tum ad emulationem videri faciem, quando non necesse est fieri, & quando fieri potest aliter absque vicini injuria, in eo partim principium petit, nempe in vicini injuriam fieri ejusmodi munimenta, partim etiam publice rei conditioinem non satis attente considerat. Nec enim in rebus publicis necessitas tantum, sed etiam utilitas rem agendam commendat, neque ea tantum sectari tenetur Princeps, que necessaria sunt, sed etiam qua utilia. Imo vero etiam necessarium est, babere territorium in finibus suis ejusmodi fortalitia. Et si enime nullus de presenti sit metus a vicino, quocum summa mibi pax est, potest tamen aliquando talis oboriri, & tum vero serum nimis est de fortalito extruendo cogitare. vid. Roland. a Valle, confil. 84. n. 7. Ut jam taceam, non semper propter vicinos arces adiscari, sed etiam propter remotiores, a quibus periculum aliquando metuitur, & hinc male rebus suis prospicit, qui presenti securitati confessus, nullas de futuris insultibus suscipit cogitationes, cum nullatamen tam beata unquam extiterit provincia, que non iterato & sapienter ab hostibus fuerit afflita.

§. XXI.

IItem: que af- fert de apti- tudine nocendi ita seorsim tenet Gentilis, sic claudit disputationem Zieglerus, ex adficio apto no- tudine nocen- cere causam justam esse belli, & discedendi a fædere, co di ex talia ca- quod hostes sint, qui apparatum faciunt, ut nos oppu- fro. gment. At recidit hac argumentatione Gentilis in suum istud

istud principium, ideo extrui fortalitia, ut vicinis noceatur. Quod uti ex intentione aedificantis dijudicari debet, ita in dubio id non presumi, jam ante dixi. Nec ergo iusta bellicausa statuitur, si vicinus, nulla pactione impeditus, in suo arcem faciat, aut munitionem aliam, que damnum aliquod dare posset. Nam adversus tales metus contraria in suo munitiones, & si que sunt similia remedia querenda sunt; non vis bellica. Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 22. n. 5. Concedam Gentili, paci contravenire, qui metum infert, at nego, per fortalitia, quatalia, vicino metum inferri. Metum his inde, sine alia causa concurrente concipit, sibi imputet, qui meticulosus cum sit, levissima quaque facile in argumentum rapiet fracta pacis. At de rebus, ut sunt, judicandum est, non ex affectu, sed defacato judicio, & sincera animi attentione.

§. XXII.

Eadem est responsio circa extractionem molendini. Etsi enim GAILIUS d. obs. 69. libr. 2. n. 27. putet ad aemulationem eum aedificare, qui in superiore parte fluminis extruat molendinum, cum alter jam habeat molendinum in parte inferiore; dum tamen statim eam sententiam limitat, nisi sui commodi & utilitatis gratia id faceret, tunc enim prohiberi non posse, patet aperte, quod haec limitatio totam assertionem tollat ac destruat. Quis enim unquam casus dabitur, aut saltem mente concipi potest, ubi is qui in superiore fluminis parte molendinum aedificat, nullum exinde commodum vel utilitatem sentiat?

De extruditione molendini in aemulationem Gailius ex seipso refutatur.

§. XXIII.

*Simul vero
Johanni He-
ringio satis
fit.*

Hinc vero constat, quid respondendum sit **JOHANNI HERINGIO**, dum tractatu de molendinis qv. 15. n. 32. seq. adductis multis Doctorum autoritatibus docet: non licere in superiore fluminis parte molendinum extruere, si id fiat ad alterius emulacionem principali. Scilicet & haec assertio conditionata supponit conditionem impossibilem, cum æquipolleat per modo dicta illi, non licere molendinum extruere, si inde ædificans nullam sentiat utilitatem. Etsi enim idem pergit n. 34. Emulacionem istam protervam colligie ex eo, quando structura nova non sit necessaria, quando nullam aut satis exiguum afferat utilitatem, sed magis suspicionem, injuriam insidiasq. forveat, magisq. honestati aut communis facultati libertati aduersetur, nec ornatum aut commodo publico inserviat: & quando super adificatione multæ præcesserunt rixe & contentiones: vel impensa in hanc structuram excedant commodum, quod ex illa percipiatur; tamen haec omnia partim pertunt id quod in quæstione est, & ex illis quæ Zieglerus modo contra Gentilem disputavit, refutari possunt; partim infra ulterius refutabuntur, ubi de probatione emulacionis loquemur.

§. XXIV.

*Quin & alia
questio affinis
Heringii ut
otiosa non-
tur.*

Simul vero ex dictis constat, plane otiosam questio affinis esse quæstionem, quam idem **HERINGIUS** tractat d.l. Heringii ut qu. 18. n. 15. Quid juris, si molendinum inchoetur per unum, & postea aliud fiat supra illud, sive in superiore fluminis alicujus parte citius perficiatur, num primus autor prohibere possit, quo minus alter suum extruat, aut in eo opere pergit? Etsi enim Heringio dispi-

displaceat sententia Bertachini, cum Baldo putantis, quod, qui imperfecte ædificaverit, non possit jus perfectum prohibendi usurpare; tamen res ipsa ostendit, si is, qui jam perfectum habet molendinum, non possit prohibere alterum, ne & ipse aliud ædificet, multo minus prohibere posse eum, qui molendinum saltē habet inchoatum.

§. XXV.

Supponimus vero hic semper, quod non aliae causæ adsint, quæ extructionem molendini impediant, sed quod ille, qui in superiore fluminis parte molendinum extruere vult, extra circumstantiam æmulationis jus extruendi habeat. Alia enim quaestio est a scopo nostro plane aliena: annon extructio molendinorum pertineat ad regalia majestatis, & an privatus plane possit sine consensu Principis molendinum ædificare? Quam uti jam nostram non facimus, ita valde placent ea, quæ hoc intuitu differit Zieglerus de Jur. Majest. lib. 2. c. 15. §. 32. regulariter licere, nisi in specie adsit prohibitio.

§. XXVI.

Atque hæc de secunda classe æmulationis sufficiant. De classe tertia, quæ a Doctoribus communiter pro propriissime sic dicta & quasi indubitate bili æmulationis specie venditur, maxime nos oportet esse sollicitos, si videlicet nullam aut exiguum utilitatem, vicinus vero magnum damnum sentiat ex novo ædificio, ut si vicini lumina obscurem vel aerem liberum intercipiam. (vide supra §. 7, & 8. Sed & hic tamen ædificationem ad æmulationem nullo jure humano prohiberi sic evidenter proba-

C
mus.

mus. Describitur servitus, ne luminibus officiatur, quod per ejus constitutionem id adepti esse videamus, ne jus sit vicino invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorum nostrorum l. 4. de S. P. U. Ergo si servitus constituta non est, licebit vicino nostra lumina invitis nobis obscurare, nec opponere poterimus, quod ex æmulatione id faciat. Eadem est ratio aëris intercipiendi, quod semel monuisse sufficiat. Perspicue Ulpianus l. 9. ff. eodem. Cum eo qui tollendo (altius) obscurat vicini aedes, quibus non serviat, nulla competit actio. Idem inculcatur in legibus Codicis l. 8. & 9. C. de servitut. & aqua, quod videlicet nemo prohibeat altius tollere, nisi domus servitatem debeat. Textum l. 26. ff. de damno infecto supra jam adduximus §. 14.

§. XXVII.

Novum argumentum ff. de S. P. U. ubi Marcellus respondit. Qui binas aedes habebat, si alteras legavit, non dubium est, quin heres possit P. V. & l. 30. alias altius tollendo obscurare lumina legatarum edium. de Usufr. Idem est, si alteri aedes, alteri aliarum usum fructum legaverit &c. Sed ita officere luminibus & obscurare legatas aedes conceditur, ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quatenus sufficit habitantibus in usus diurni moderatione. Nam si demum heres non potest plane obscurare aedes legatas, vel in quibus usus fructus legatus est, sequitur, quod alii domini, in quibus non est eadem ratio exceptionis a regula, id possint. Si possunt, utique evanescit illa doctrina de prohibita ædificatione ad æmulationem, cum possimum ejus exemplum sit, non licere ædificio no-

vo

vo alteri lumen obscurare. Rationem vero exceptio-
nis & cur heres in his casibus non possit eodem jure
uti, quo licet aliis dominis, non obscure suppeditat
*Paulus I.30. ff. de usufr. Si is, qui binas aedes habeat, alia-
rum usumfructum legaverit, posse heredem Marcellus
scribit, alteras altius tollendo obscurare luminibus, quo-
niam habitari potest etiam obscuratis aedibus.* Quod usque
adeo temperandum est, ut non in totum aedes obscurentur,
sed modicum lumen, quod habitantibus sufficit, habeant.
Scilicet cum legatum omne sit donatio ab herede
præstanda & utroque casu, & qui aedes ipsas & qui
earum usumfructum legat, velit, ut legatarius aedi-
bus utatur, aedium autem usus consistat in habita-
tione, sequitur, tum demum heredem non præstare
id, quod hic legatum est, si plane obscuret aedes ut
habitari non possint. Hæc ratio igitur specialis cum
cesset in aliis dominis, cessat etiam prohibitio.

§. XXVIII.

Porro quamvis cuilibet patcat, quod eadem Aliud ex I.
sit ratio sive prohibitionis sive libertatis, utrum quis ult. §. ult.
vicino obscuret lumina, utrum intercipiat liberiorem C. de servit.
aerem; tamen etiam de jure liberum aerem inter- & aqua.
cipiendi vicino, nisi servitus sit constituta, irrefuta-
bile argumentum suppeditat constitutio JUSTINIANI
in I. ult. §. ult. C. de servit. & aqua, ubi Imperator pri-
mus dispositus, ut nemini liceat sic aedificare, vel alio mo-
do sic versari, ut idoneum ventum & sufficientem ad pur-
gandum frumentum a paleis infringat, & inutiliter domino aream & fructuum inutilitatem faciat. Igitur ante Justinianum cuilibet licuit aedificio suo ventum vi-
cini areae intercipere, nec unquam potuit ejusmo-

di ædificium impediri sub prætextu acsi alter ædificet ex æmulatione. Alias enim hac lege Justiniani non fuisset opus. Post eam vero prohibita quidem fuit interceptio venti, sed in hoc casu speciali, cuius ratio adeo non fuit, quod ædificatio ad æmulationem debeat esse prohibita, sed quod reipublicæ intersit, ne purgatio frumenti a paleis impediatur, adeoque favor agriculturæ, quo deficiente, (deficit autem semper, ubi intercipitur aer vicini, qui nullam aream, ipsa Justiniani prohibitio.

§. XXIX.

*Qvoad qvar-
tam classem
probatur, li-
cere cuilibet
adficare fe-
nestrar in
suo, ut exin-
de prospicere
possit in do-
mum vicini.*

Denique quod quartam classem attinet, cum secundum dispositionem juris civilis cuilibet liceat cere cuilibet in proprio pariete tot foramina & fenestras facere, quot libuerit, cum & hic jure suo utatur, nulla ratio adest, cur vicinus sub prætextu, quod ipsi incommodum sit, si vicinus exinde secreta sua perspiciat, aut formosas sceminas, possit id impedire, præpriorum cum ipse libertatem habeat lumina hæc quoque modo obscurandi, nisi primus servitutem neluminibus officiatur, constituat, ut modo dictum fuit. Neque poterimus Pragmaticos melius confundere, quam ex ipsa praxi judiciorum nostrorum. Ita enim judicatum est in Scabinatu Lipsiensi docet *Carpzovius P. 2. const. 4. def. 13.* Hat euer Nachbar in seiner Wand und Kammer ein Fenster machen lassen. Wenn er nun gleich dadurch in euren Hoff sehen kan / so mag ihm doch solches von euch nicht gewehret/ noch er das Fenster wieder abzuschaffen angehalten werden / es ist euch aber durch Aufführung eines Gebäues auf eurem Hoff solchen prospectum zu verbauen/ uns benome

benommen. Similiter responderunt Icti Jenenses referente
RICHTERO decif. 6. Ist durch euer Hinterhaus vor Alters ein
Lustfenster in eures Nachbaren Hinterhaus gangen / und wollet
mehr Fenster dahin bringen. Ob nun wohl euer Nachbar allein
aus diesen Ursachen / das man dadurch in seinen Hinterhoff
sehen könne / euch zu verhindern sich unterstehet : Dennoch so er
nichts anders und erheblicher vorzuwenden hat / so seyd ihr
dessen ohngeacht / euren Gefallen nach andere Fenster machen
zu lassen befugt / aber dennoch ist euren Nachbarn dieselbe neu-
erbaute Fenster zu verbauen unbenommen / &c.

§. XXX.

Et revera damnum propriæ dictum vicinus hoc
casu allegare nequit , cum hic nihil ipsi decedat ex pa-
trimonio. Quodsi vero vel maxime urgeat vicinus
cum Pragmaticis, *supra ex §. 9.* quod damnum in mate-
ria ædificationis ad æmulationem intuitu vicini prohi-
bentis tam late accipiendum sit , ut etiam includat
deminutionem commoditatis; urgebit tamen contra
ædificans , utilitatis & damni easdem debere esse ra-
tiones , & , cum Pragmatici doceant , non esse ædifi-
cationem ex æmulatione , si ædificans ex ædificio
sentiat utilitatem , urgebit , se ex ædificio suo magnam
sentire utilitatem commoditatis , cum valde commo-
dum sit & jucundum , videre res amœnas , nihil vero
sit amœnus quam conspectus foeminarum pulcrarum
sive monachæ sint , sive seculares. Et habebit hic
magis fundatam intentionem ædificans ex ipsa doctri-
na servitutum. Constituuntur enim servitutes ad utili-
tatem prædii dominantis , in tantum ut si cesset utilitas ,
servitus etiam cessare incipiat. Inter servitutes vero
illa etiam est , ne prospectui officiatur , ubi utilitas nulla
alia est nisi amœnitatis *l. 15. de S. P. U.*

*Et ædifican-
tem ex ejus-
modi ædifica-
tione sentire
utilitatem.*

C 3

§. XXXI.

§. XXXI.

*Et favere illam classem
mera invidia
vicinorum.*

Ut taceam, quod hic Pragmatici ex fundamen-
tis propriis possint oppugnari, desumendis ex iis,
quæ circa classem tertiam afferre solent. Dicunt:
me non posse vicini lumina & aerem intercipere, si
nullam exinde sentiam utilitatem, cum id faciam ex
mera invidia, cui tanquam affectui vitioso non sit
indulgendum. Hic vero oblii propriarum ratio-
num indulgent actionem ipsimet invidiæ. Ista enim
incommoditas, quam hoc casu dicunt sentire vici-
num, nulla alia est, quam incommoditas invidiæ.
Dolet enim vicino, quod ædificans debeat frui bo-
no, quod capit ex visu pulcritudinis. Hinc appa-
ret, totam hanc classem quartam adjectam esse ex
ingenio invido Italorum, quo & hodie nra gaudent,
dum mares a conspectu foeminarum suarum arcant,
adeoque simul patet, etiam si illa doctrina de hac
quarta classe ædificationis ad æmulationem, sit aut
fuerit in viridi observantia in Italia, eam tamen non
quadrare ad mores Germanorum, quia nimia illa
invidia Italorum non laborant, sed ipsis jucundum
est, si & alii videant, quod pulcras uxores & filias
habeant. Quod vero Monachos attinet, qui ubique
invidiam inter passiones dominantes numerant,
non puto, Magistratum civilem & omnes judices
seculares causam ullam habere, ut huic malitiosæ
invidiæ officio suo inserviant, & monachos hac par-
te in invidia illa confirmant, quæ in proverbium
pene evasit, quod in omnium ore est: Hic videlicet
est casus reservatus pro nobis.

§. XXXII.

§. XXXII.

Cum ergo hactenus evidentissime ostenderimus, totam doctrinam de aedificatione ad aemulationem repugnare communibus juris principiis, liceat *Transitus ad leges, quibus nititur opinio dissidentium.* jam a Pragmaticis petere probationem suæ assertonis. Et cum alias ad naufragium ipsi inculcare soleant, turpe esse JCto sine lege loqui, non vitio nobis verterent, si ex ipsis queramus, in qua lege eorum doctrina fundata sit. Cum vero nullam legem afferre possint, ex qua prohibitionem aedificationis ad aemulationem in genere deducere valeant, videamus saltem, quæ leges ipsis occasionem errandi dederint, seu, ex quibus singulas tres posteriores classes deducere soleant, cum prima per dicta superius hoc plane non pertineat.

§. XXXIII.

Ubi quidem classis secunda *supra §. 5. memoria* rata haud dubie orta est ex male intellecta *l. 3. pr. ff. fundamen-* *Potissimum de oper. publ., in qua JCTus Macer sic differit: Opus tum ponitur novum privato etiam sine Principiis autoritate facere licet, in l. 3. pr. de preterquam si ad aemulationem alterius civitatis pertineat, op. publ., vel materiam seditionis prebeat, vel circum, theatrum, vel amphitheatrum sit.* Quid enim, ajunt, annon expresse hic aemulationis mentio fit? Annon clara verba legis sunt? Annon exinde jure optimo maximo infertur, vel aedificationem ad aemulationem in genere esse prohibitam, vel certe, non licere caitrum aedicare ad aemulationem vicinæ civitatis?

§. XXXIV.

Ut igitur pateat, contortam esse hanc illationem *Ad quam ob-* *Pragmaticorum, ostendamus duobus saltem verbis* *ponatur.* genui-

genuinum legis sensum. Agit JCtus de operibus publicis, ut vel ex rubrica tituli constat. Talia ergo opera publica, dicit, extrui posse regulariter sine Principis consensu. Tum tradit exceptiones, quarum prima est, si opus ejusmodi publicum fiat ad æmulationem alterius civitatis, ubi vocem æmulationis sumit in communi significatu, id est, si tale opus fiat, non tantum ad imitationem operis, quale est forte in civitate vicina, sed etiam cum æmulatione, ut opus hoc novum superet opus vicinæ civitatis, id enim proprie æmulari est. *vide Fabruu in Lexico bac voce.* Quid ergo tum fiet? Nihil amplius, quam ut tunc non liceat tale opus extruere sine speciali consensu Principis. Nam exceptio debet esse de casu regulæ. Ergo licebit id extruere cum consensu Principis, qui tum æstimabit, an id futurum sit ex utilitate Reipublicæ, an vero damnum, qualemque jam illud sit, sensura sit res publica? Ergo non simpliciter prohibetur ædificatio ad æmulationem. Ergo Pragmatici duplē in argumentando errorem commiserunt, dum (1) ab operibus publicis argumentati sunt ad opera privata, (2) dum a prohibita ædificatione sine consensu speciali Principis argumentati sunt ad ædificationem simpliciter prohibitam. Quod vero exinde male intulerint, non licere castrum ædificare in terminis & finibus imperii supra jam refutavit Zieglerus §. 18. seq.

*Et ostenditur
plane frustra
allegari l. 2. C
de fund. lim.*

§. XXXV.

Video præterea etiam in casu classis secundæ de prohibita extractione castri ad æmulationem a quibusdam afferri l. 2. Cod. de fund. limit. Sed cum illa

illa plane non agat de ædificatione ad æmulationem, sed saltem pertineat ad ea, quæ supra monuimus §. 25. de extractione molendini, an nimirum privati plane possint extruere vel etiam possidere castellum, non opus est, ut aliud quicquam addamus, sed saltem sufficiat ipsa legis verba recensere. Ita vero ajunt Imperatores Honorius & Theodosius: *Quicunque castellarum loca quoconque titulo possident, cedant ac deserant: quia bis tantum fas est possidere castellarum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas. Quod si ulterius, vel private conditionis quispiam in bis locis vel non castellanus miles fuerit detentor inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.*

§. XXXVI.

Sed & allegari observavi in illo casu de castrorum ædificatione ad æmulationem prohibita ex jure Canonic cap. Pisanis ult. de restit. spoliat. Item cap. Pisani ult. de de quavis de restit. spoliat. maxime alienum agat, tamen a præsenti casu possit apponi. Sufficit saltem adduxisse summam ejusdem, ipsi capitulo præmissam: *Occupans certum locum, in quo quis jura libere possidebat, si per ipsum occupationem non potest possessor sua jura libere possidere sicut prius, conveniri potest possessorio pro libertate possidendi: & restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate, hoc dicit valde singulariter.* Jam ex his argumentum confice, cuius summa sit: Ergo non licet castrum ædificare ad alterius æmulationem.

§. XXXVII.

In corroboranda classe tertia de prohibita ob-
structione luminum vicini &c, fere ubique provocant fundamen-
tum ponunt D ad l. 38. de R. V.

ad l.38. ff. de rei vindic, in fundo alieno, dicit Celsus, quem imprudens emeras, adificasti, aut conservasti: deinde evincitur, bonus judex varie ex personis causisque constituet. Finge & dominum eadem facturum fuisse: reddat impensam, ut fundum recipiat, usque eo duntaxat, quo pretiosior factus est, & si plus pretio fundi accessit, solum quod impensum est. Finge pauperem, qui si reddere ei cogatur, lariibus, sepulchris avitis carendum habeat: sufficit tibi permittere tollere ex his rebus, que possis: dum ita, ne deterior sit fundus, quam si initio non foret adificatum. Constituimus vero: ut si paratus est dominus tantum dare, quantum habiturus est possessor his rebus ablatis, fiat ei potestas. Neque malitius indulgendum est: si te orium, (puta) quod induxeris, perdurare corradere velis, nihil laturus, nisi ut officias. Atqui dicunt, si ædifices cum damno vicini, & nullam inde habes utilitatem, uti possumus casus classis tertiae, nihil laturus es, nisi ut officias: Ergo hic iterum clara verba sunt.

Sed respondeatur, hic evidenter verba legis captari a Pragmati- cit.

§. XXXIX.
Ego vero, ut ingenuus fatesar, nescio plane, quid sit verba legum captare, eaque in alienissimum sensum torquere, si hoc non est. Agit JCtus de rei vindicatione, ubi dominus ædes vindicavit a possessore non domino, & reus cum deducere non possit impensas voluptuarias, tollere eas ipsi permittitur. Quod si tolli non possint, non permittit JCtus picturarum corrasionem, eamque malitiam vocat. Ut itaque hic nihil dicam, quod neque in hoc casu concedatur actio adversus corradentem, uti ipsi adversus ædificatorem ad æmulationem indulgent, sed saltem corrasio, si nondum facta sit, non permittatur; saltem illud cogita. Ratio prohibitionis est, quod hic reus in ædes alienas nullum jus

jus habeat, adeoque cum damnum in re aliena dat, omnino malitiam committat, nec possit dicere, quod jure suo utatur, cum nullum jus habeat. At in quaestione praesenti agimus de eo, qui aedificat in suo, & suo jure utitur, sed parum humane, non malitiose.

§. XXXIX.

Solet etiam a quibusdam ad confirmandam classem tertiam aedificationis ad emulationem afferri *Uti captant etiam verba Novella 63.* de illo negotio disponens: Lex erat, ut ne-
mo posset vicino prospectum maris tollere, nisi in
aedificando 100. pedum spatium a domo vicini relin-
queret. Titius vicino volens nocere, hanc fraudem
excogitavit: Murum duxit altissimum extra spatium
100. pedum, & ita maris prospectus vicino ablatus est.
Hoc cum ita factum esset, intra spatium 100. pedum
postea domum aedificavit, quasi nullam jam maris
conspunctionem habente vicino. Paulo post murum
depositum, ut ex suo aedificio maris haberet prospectum,
Prohibuit igitur in dicta Novella sub gravi pena Justi-
nianus has malitiosas machinationes, quae vicino pri-
vationem aedificatus afferunt. Hæc verba captantes
iterum Pragmatici, vide, inquiunt, non permittendæ
sunt malitiosæ machinationes, quæ vicino privatio-
nen prospektus afferunt, sed qui ad emulationem
vicini aedificat, ut lumen vel aerem liberum ipsi mi-
nuat, committit ejusmodi malitiosas machinationes.
Ergo hoc ipsi non est permittendum. Quid clarius?
Clara verba. Clara verba. Sed mallem ut Pragmatici
curatius inspexissent mentem legis imo ipsa ejus ver-
ba. Satis enim tunc intellexissent, quod Imperator
machinationes illas malitiosas vocet, non intuitu emu-

lationis, sed quod in fraudem legis prohibentis illæ machinationes factæ fuerint. At nos solliciti sumus de casibus, ubi quis ædificat nulla lege prohibente, nec fraudem legi facit, sed jure suo utitur.

§. XL.

Et d. l. 38. de

R. V. misere afferri, dum Doctores qui nolunt, quod ædificans posse torquent ad fenestras aperire in suo, ut pulcras vicini fœminas vivillan, ubi deat, comimuniter iterum urgent verba d. l. 38. de R. V. quis ædificat malitiis non esse indulgendum, item sic ædificantem ut fœminas nihil inde laturum esse, nisi ut officiat. Quasi malitia sit, pulcras vide- lübenter videre fœminas pulcras, & quasi ingens da- re possit.

Circa quartam classem nihil equidem novi video

pariatur, si quis ipso invito filias aut monachas adipicat, ac si videlicet visu aliquid pulcritudini decederet. Igitur hæc quidem non merentur responsionem.

§. XLI.

*Demonstra-
tur, nec dari
posse actio-
nem contra
ædificantem
ex æmula-
tione.*

Ergo non existit illa actio forensis contra ædificatores ex æmulatione, imo ne existere quidem potest, adeoq; inter vera non-entia moralia retulimus quæ non existunt, nec moraliter existere possunt. Finge enim legem publicam accedere opinioni illi erroneæ Pragmaticorum atque concedere actionem vicinis contra ædificantem ad æmulationem, multæ tamen evidenter ostendi possunt rationes, quod ejusmodi lex non majorem effectum habere possit, quam haec tenus habuit opinio illa communis Doctorum, et si per duo secula & ultra fuerit in omnium pene Commentatorum scriptis repetita. Neque enim ipsa actio ad certam actionum classem posset referri, neque unquam deficeret exceptio actionem elidens, neque actori ul-

lum

lum medium competeret fundamentum intentionis suæ probandi. Ubi vero nullum genus actionis, & si foret, id semper exceptione elideretur, & nulla justa probationum media esse possunt, ibi actio merito inter chimeras & spectra seu non-entia moralia refertur.

§. XLII.

Quod actio contra aedificantem ad aemulationem i. Quia ad ad nullum genus actionis referri queat, quod ratione nullam clas- concipi possit, jam supra §. 12. summatim ostendimus. sem actionum Neque adeo, qui doctrinam de aemulatione tradunt, referri potest Pragmatici, frequenter mentem suam declarant an illa neque hoc ca- aetio tendat saltem ad impediendam aedificationem su concedi an etiam ad destruendum jam aedificium extructum. novi operis nunciatio. Non recordor legisse, qui expresse posterius affirment quamvis posit quis esse, qui hoc statuat. Certe pau- cissimi id facient. Plerique dicunt, in casu aemulatio- nis novi operis nunciationem esse adhibendam, sed & hoc tamen absque fundamento, cum novi operis nunciatio nemini competit, nisi si minimum jus in re habeat in aedificio illo novo, quod extruitur. Doctores communiter ad tit. ff. de op. nov. nunciat. arg. l. i. §. f. & l. 2 ff. eod. tit. Quod si itaque vel maxime accedat confir- matio legis opinioni Doctorum, posset quidem tum nominari illa actio condicō ex lege. Sed præterquam quod hoc nomen generale sit & nequaquam specialem fontem actionis exprimat, ostendit tamen jam di- cenda, & hanc conditionem ex lege inanem plane adeoque nullam fore.

§. XLIII.

Nihil interesse, ipso jure quis actionem non ha- beat, an ope exceptionis elidatur, jam suo tempore JCtus Paulus dixit, atque ejus effatum in Pandectas

^{2. I}quia sem-
per elidi por-
erit per exce-

*pitionem non
competentis
actionis,*

relatum fuit. Demus jam, Principem aliquem lege speciali confirmare actionem contra aedificantem ex simulatione, semper tamen competit reo exceptio non competentis actionis fundata in jure communi, & iis, quæ *supra* docuimus §. XXIV. seqq. Igitur vel necesse esset, ut Princeps ille simul tollat omnia principia de natura dominii & servitum, quod saltem cogitare velle de Principe sapiente absurdum foret; vel si non tolleret, perpetuo elidi posset illa actio.

§. XLIV.

*3. Quia actor
intentionem
suam proba-
re non potest.*

Sed esto etiam, reum hanc exceptionem non opponere, in genere tamen incumbit prudenti actori, ut non solum circumspiciat, utrum ex legibus vel Doctorum opinione ipsi actio competat, sed vel maxime, quomodo fundamentum actionis suæ probare possit, quia auctore non probante reus absolvitur. Jam quomodo probabit, auctorem aedificasse ad simulationem? Sane ipsi Pragmatici concedunt, in dubio quemlibet presumi aedificare ad suam utilitatem principaliter, & non ad simulationem, quia quilibet presumatur aedificare utens jure suo, unde alleganti simulationem merito incumbet probatio simulationis; alias succumbet; cum aedificans in suo, regulam pro se, & sic juris presumptione intentionem suam probatam habeat, quæ juris presumptio regulariter probationem contrarii in contradictorem rejicit.

§. XLV.

*Oftenditur,
modos pro-
bandi emu-
lationem,
quos Docto-
res suppedi-
tant, esse im-
pertinentes.*

Subjiciamus igitur modos, quos suppeditant Doctores suo auctori. Dicunt: *Difficilis probationis esse simulationem, binc ex conjecturis, indicis, presumptionibus & similibus privilegiatis probationibus arbitrio judicis estimandis probandam esse.* Indulgebimus iis & hoc, illo solum addito, modo conjectura illæ fundamentum vel in re habeant, vel in legibus & principiis juris. Nam arbitrium judicis non debet esse cerebrinum. I. Itaque volunt probari simulationem, quando structura nova non est necessaria, aut quando nullam aut fatis exiguum afferat utilitatem, insidiasque foreat, & uno verbo vicino magnum afferat damnum. At (i.) hic confunditur necessitas & utilitas, que fatis

satis differunt. (2.) Utilitates hominum pro diversitate statutus & ingeniiorum variant. Et quilibet sua utilitatis est moderator & arbiter. Præprimis cum & in hac materia per supra dicta jucunditas ac commoditas utilitatis nomine veniat. (3.) Hæc probatio petit principium: Continet enim nihil aliud, quam descriptionem æmulationis, quam principiis juris repugnare hæc tenus ostendimus. Unde ruit II. probatio, ut quæ ex prima fluit, tanquam conclusio ex falsis præmissis: *cum nempe fenestrae potuissent fieri aequæ utiliter ac commode in alia parte citra injuriam ac prejudicium vicini.* III. Probatio: *Si quis aedificet prope monasterium vel aliud aedificium publicum, propter favorem religionis & interesse publici:* Sed, aut aedificans plane non habet potestatem extruendi aedificium in illo loco, & tunc non pertinet ad questionem præsentem, in qua semper presupponimus potestatem aedificandi; vel si habet, iste favor religionis & interesse publici est favor cerebrinus, nulla æquitate vel lege subnixus. IV. Probatio: *Si altius tollat aedes, ut videat vicini uxorem & filias,* aut V. *ut perscrutetur vicini secreta.* Hæc duas probationes sunt magis exempla erronea aedificationis ad æmulationem supra jam rejecta, quam modi probandi. VI. Probatio: *Si quis jure servitutis obtinuerit, ut alteri non liceat domum suam altius aedificare.* Sed & hanc probationem ad questionem præsentem non pertinere jam notavimus §. 4. Hic enim habet actionem confessoriam, unde actione illa peculiari contra aedificantem ex æmulatione non erit opus. VII. Probatio: *Si quis hortum habeat, & vicinus longo jam tempore requisiverit, ut eidem venderet hortum,* dominus vero horti hoc facere recusaret: *Tum si post hanc recusationem aedificet alter fenestram, presumi eum, contra verum dominum malevolentiam vel odium concepisse,* & capropter non sue utilitatis, sed æmulationis gratia fenestram aedificasse, presertim si minas addiderit, se alterum ad vendendum hortum quoconque modo compellere velle. Merè ac pueriles ineptiæ. Aequali & meliori jure aedificans urgebit, se fenestram sua jucunditatis, commoditatis, ac consequenter utilitatis gratia aedificare. Quales vero sunt minæ: aedificabo fenestram, ut possim videre in hor-

tum tuum, ergo te cogam ad vendendum hortum. Pudeat Pragmaticos, tam aniles fabulas effinxisse. VIII. Probatio: *Si quis adficeret contra formam & modum, statuto, lege aut consuetudine introductum.* Sed hic casus iterum non pertinet ad quaestioneum praesentem, quia tum adficians plane non habet jus adficiandi.

§. XLVI.

Et nullo pro-
bandi genere
obtinere ali-
quid posse
contra acto-
rem.

Probatur ulterius fundamentum actionis vel per instrumenta, vel per testes, vel per ocularem inspectionem, vel his deficientibus juramenti delatione. Nullo horum obtinebit in hac actione actor intentionem suam. Non per instrumenta: *Quis enim tam stupidus eset, ut scriberet, se velle ci- tra omnem suam utilitatem saltem in odium alterius adficiare.* Non per testes: *quia etsi ponamus, testes audivisse ab adficiante, quod in tedium alterius quid adficiare velit,* quod tamen rarissime fiet, quomodo probabunt, adficiantem nullam sentire ex adficio utilitatem, cum & utilitas sit, prospicere in loca amena, aut contra liberare ades suas ab aliorum introspectione. *Quod si testes ne quidem tale quid audiverunt, quomodo testimonium dicent de alterius animo?* Non per ocularem inspectionem: *adficium enim no- viter extructum in oculos insipientium incidit, non animus adficiantis, qui latet.* Denique nec per juramentum. Semper enim adficians & bona fide quidem jurare poterit, se adficiare propriae utilitatis gratia.

Concluditur,
similem esse
actionem il-
lam arti na-
vigandi in
gere.

§. XLVII. Ergo ut finem dissertationi faciamus, non melius videtur illa Pragmaticorum actio contra adficiantem ad simulationem comparari posse, quam cum arte navigandi per aërem. Multi subtile Mathematici multa de ea scripserunt, ac ratiocinati sunt subtiliter, sed nemo haec tenus vel navigavit, vel tale navigium extruxit aut extruere popuit. Ita Doctores multa scripserunt subtiliter de actione contra adficiantem ex simulatione, sed nemo haec tenus hac actione expertus est, aut quicquam obtinuit vel obtainere potuit. Atque hoc erat demonstrandum, & haec tenus aperte est demonstratum iis, qui autoritate Doctorum non plane excecati sunt.

Halle, Drss., 1703 TII-2

Nr. 6 fehlt ♂



5

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches



Pr. 3. Blatt 43.

1703 346 18

Q. D. B. V.
**NON-ENS
ACTIONIS FOREN-
SIS CONTRA ÆDIFI-
CANTEM EX ÆMULA-
TIONE,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
ON. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI HEREDE, &c. &c.
IN REGIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE
ON. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO, ET PROF. PUBL.
ET FACULT. JURID. h. t. DECANO,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure honores & privilegia
Doctoralia rite capessendi,
solenni disquisitioni exponet

WILHELMVS Wunder/ Seveneria Clivensis,

D. XXI. Maii ANNI MDCCIII.
H. L. Q. C.

Tertiò recusam HALÆ MAGDEB. LITERIS SALFELDIANIS. 1714.

